



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

2. Super forma juramenti professionis fidei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

perpetuo valitura statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, sive extra tempora à jure statuta, sive ante etatem legitimam, vel absque dimissoriis litteris, etiam Citramentanis (præterquam si in hoc ultimo casu per Cameram Apostol. juxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoveri) à suorum Ordinum executione ipso jure suspensi sint, & si hujusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumplerint, eo ipso irregularitatem incurvant. Præterea ultra alias pœnas intiales generaliter à jure infictas beneficis Ecclesiasticis possint jure privari. Volumus autem quod præsens nostra constitutio in Romana Curia existentes post quindecim dies, absentes vero Italos post duos menses, alios vero Ultramontanos post sex menses ab ipsis in audiencia contradictarum, & Cancellaria Apostol. publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno ab Incarnatione Domini

ca 1641. quinto decimo Kalend.

Decembris Pontificatus no-

stri anno 4.

† †
z

Super forma juramenti professio-
nis Fidei.

I. I.

Part. 3. allegat. 61.

PIUS Episcopas, seruus servorum
Dei, ad perpetuam rei me-
moriam.

In junctum nobis Apostolice fer-
vitatis officium requirit, ut ea
qua Dominus omnipotens, ad pro-
viduam Ecclesiae sua directionem, san-
ctis Patribus in nomine suo congrega-
tis, divinitus inspirare dignatus est, ad
eius laudem, & gloriam inunctanter
exequi properem. Cum itaque iuxta
Concilii Tridentini dispositionem,
omnes quos deinceps Cathedralibus,
& superioribus Ecclesiis præfici, vel
quibus de illarum Dignitatibus, Ca-
nonicatis, & aliis quibuscumque be-
neficis Ecclesiasticis curam animarum
habentibus provideri continget, pu-
blicam orthodoxæ fidei professionem
facere, seque in Rom. Ecclesia obe-
dientia permanuros spondere, & ju-
rare teneatur: Nos volentes, etiam
per quoscumque quibus de monasteriis
Conventibus, domibus, & aliis quib-
uscumque locis Regularium, quo-
rumcunque Ordinum, etiam Milita-
rium, quocunque nomine, vel titulo
providebitur idem servari, & ad hoc,

ut unius ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeat, uniuersaque & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderari, formam ipsam præsentibus annotata p[ro] publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilii, & alios prædictos spectat, recipi, & obseruari, ac sub p[ro]cenis per Concilium ipsum in contravenientes lati, juxta hanc, & non aliam formam professio nem prædictam solemniter fieri, auctoritate Apostolica tenore præsentium distictæ præcipiendo mandamus, hujusmodi sub tenore. vide latius pa. 98

Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Dei Evangelia.

Volumus autem, quod presentes litteræ in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur; & ut omnibus facilius pateant, in eis Quinterno describantur, ac etiam imprimantur, Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis attem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXIV. Idibus Novembri. Pontificatus nostri anno quinto.

Fed. Card. Cæsius

Cæs. Glorierius,

Quod gratiæ de non residendo, & percipiendo fructus ratione studii,
non valeant sine consensu
Ordinarii.

III.

Part. 3. allegat. 53.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Pius divina providentia Papa IV. ad eujus aures nuper pervenit, nonnullos curata, vel alias Sacros Ordines, aut personalem residentium requirentia beneficia obtinentes, sub praetextu, quod litteris operam dare cupiebant, post Confirmationem Concilii Tridentini per suam sanctitatem factam, & publicatam secum ut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, actu insistendo, ratione beneficiorum per eos obtentorum hujusmodi, usque ad quinquennium, vel aliud tempus tunc expressum, dummodo infra primum illius annum Subdiaconi fuerint, ad reliquos Ordines promoveri minimè tenerentur, tam iidem interim, quam alii, etiam ad eosdem Ordines, vel eorum aliquem, seu aliquos promoti, quod similitor studentes, beneficiis per eos obtentis, per Vicarios idoneos, per locorum Ordinarios, etiam congrua fructuum beneficiorum hujusmodi portione illis assignata, vel alias deputandos, in divinis illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera superportando, usque ad simile tempus,

T 3

per-